



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primo e[st] bonu[m] su[m]me honorabile.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

qualitates naturales motivas sic et anima per amorem in deum ferri debet. Augustinus. Sicut corpus pondere sic anima amore fertur. Sicut itaque corpora naturaliter descendunt in locis suis: sic et anima nostra in deo in qua est fons omnis bonitatis. Possimus ergo et debemus semper dicere. Bonum est nos hic esse. scilicet in deo sibi per amorem adherendo. Cum autem finem cultum et alios morales triplex sit bonum: delectabile: honestum: et utile: quod utique distinctio est finem diuersas rationes bonitatis quae eisdem uenire possunt: dicimus quod bonum est nos hic esse in deo esse finem illud triplicem modum.

Primo est bonum summe honorabile.

Secundo est bonum summe delectabile.

Tertio est bonum summe utile.

Primo est bonum. **Secundo** dignum. **Tertio** est bonum. **Primo** est bonum esse cum deo maiestatis et in eo manere. Honor inquam non vanus quod ad modum sunt honores mundani sed honor verus et laudabilis. Est autem in hoc triplex ex honor maximus.

Primum est spiritualis inhabitationis.

Secundo est diuinae transformationis.

Tertium est filialis adoptionis.

Primum est honor spiritualis inhabitationis. Si enim deo adheremus per amorem: in nobis spiritualiter habitat deus. **Jo. xiiij.** Vos in me et ego in uobis: dicit dominus discipulis sibi per amorem adherentibus. **Et. j. Co. x. ij.** Rescitis quod templum dei estis uos et spiritus dei habitat in uobis. **Et. Jo. xiiij.** Si quis diligit me ser. me. ser. uabit: et pater meus diliget eum: et ad e. ve. et mansionem apud eum faciemus. Nota quod dicitur: et pater meus diligit eum. **Grego.** Pensate quanta dignitas est esse amicos christi. Nota etiam quod dicitur et mansionem. scilicet quod nunquam recedit nisi propter malitiam nostre uoluntatis. **Augusti.** Presto semper est gratia quod nunquam deficit nisi prius expulsa. **Idem.** Quod felix est anima illa que auxiliante deo iram suam gubernare studet et deum hospitalem et habitantem habere mereatur.

Secundo est honor diuinae

transformationis. Anima enim per amorem uerum adherens deo transformatur in similitudinem quaedam deitatis. **Dicit scilicet. j. sen. disti.**

ij. Perfectissima ratio imaginis est in mente quando per deum per obiecto. **Aug.** lib. de tri. **Ubi** potest sempiterna et incommutabilis natura recoli concipitur et amari: inde perfecte respiciamur summe trinitatis imaginez ad quam reminiscenda uidentur et diligenda totum debet referre quod uiuit. **Tunc** enim ut dicit **Scilicet.** quando anima dei habet per obiecto ipsum uicem dei reminiscendo intelligendo et amando est similitudo non solum quod ad substantialitatem ex parte actuum primorum: et distinctionem originem ex parte secundorum: sed etiam ea parte qua actus conformatur obiecto. **Est** enim actus per similitudinem obiecti. **Dicam** ergo cum petro. **Bonum** est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. **hic** scilicet. i. in anima nostra. **In** quibus tabernaculis beata trinitas inhabitabit. **Hec** autem sunt memoria habens deum in se ut obiectum intelligibile et summe diligibile: intelligentia habens deum ut actu cognitur: et uoluntas habens deum ut actu amatur: quibus actibus anima quasi totaliter in deum transformatur et deiformis efficitur. **Ubi** de dei amore dicit **Hugo.** **Scio** anima mea. **et. Uide** in precedenti sermone.

Tertius est honor filialis

adoptionis. **Jo. j.** Quis autem receperit eum de dit eis potestate filios dei fieri. **Gal. iij.** **Dixit** deus filium esse. ut adoptionem filiorum recipere. **Et. Ro. viij.** Quicumque spiritu dei agunt: hi filii dei sunt. **Non** enim accepit spiritum filii fuit ut iteque in timore sed accepit spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. **Ipse** enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. **Si** autem filii et heredes: heredes quidem dei: quod heredes autem christi. **Et. j. Jo. ij.** **Uidere** qualem charitatem dedit nobis deus ut filii dei nominemur et simus. **Et. ps.** **Amis** honorati sunt amici tui deus. **Pater** itaque quoniam esse in deo per amorem est bonum summe honorabile. **Idcirco** sane dicimus quoniam bonum est nos hic esse.

Secundo est bonum summe delectabile. **Bern.** **Reuera** illud uerum et solum gaudium est quod non de creatura sed de creatore concipitur cui comparata omnis alius de suauitas meror est. **Hec** ille. **Uerum** utique gaudium illud est et uerum